

PASSIONES

terminus borealis ad primas partes Piscium & cæ. Ita quinquennio paulo plus quadrante circuli regrediuntur nodi & termini seu loca ecliptæ, sedesq; maximarum latitudinum. Periodicum tempus nodorum ac terminorum supra annotavimus.

Quod autem planum epi. semper pars quædã existat plani eccentrici, inde iudicatum est, quod lunæ locus in epi. nullam adfert commutationem latitudinis. Nulla igitur fit inclinatio planorum eccentrici & epi. lunæ. Hinc supra dixit Purbachius axem epi. simul etiam super eccen. planum erigi. Quare per 6. vadeimiel. axes eorundem planorum sunt paralleli.

Vnde argumentum latitudinis lunæ medium est arcus zodiaci inter lineam veri motus capitis draconis, & lineam mediij motus lunæ secundum successionem signorum acceptus.

Argumentum autem latitudinis lunæ verum est arcus zodiaci à linea veri motus capitis ad lineam veri motus lunæ numeratus secundum successionem.

Subtracto igitur vero motu capitis de vero loco lunæ, aut addito vero motu lunæ cum medio motu capitis, argumentum latitudinis lunæ verum prodidit.

gōλια.

Ecliptica A L C, cuius centrum D.

Defrens lunæ A B E, cuius centrum G.

Caput & cauda draconis per se patent, Itē initiū
Arietis & series signorum. Linea